

Capitulum vj.

rantia crassa amittēs. grauit̃ peccat: vt etiam circa superiora dictum est.

Capitulum sextum de dubijs que occurrūt in ceremonijs consuetis et obseruādis in missa et circa eam. tam in agendis q̃z in dicendis. tres includens articulos.

Arti. .j. Resoluens decem dubia que oriuntur circa agenda et dicenda ante missam.

Dubiū.i. D̃z celebraturus missaz. aliquis specialiter agere debeat ante missam.

Solu. Sic. cum cū omne qd̃ agere intendim⁹ per studiū consideratōis puenire debeam⁹ vt sic ad id quod agendū est pparemur. maxime decet vt fiat circa hoc dignissimū officium ne quis imp̃patus accedens. iuditiū sibi mādū cet et bibat. **P**rerequiritur itaqz debita ac sufficiens preparatio sacerdotis. qua ita efficiatur disposit⁹ et idone⁹. vt digne ad celebrā dū possit accedere. **Vñ** et scriptum est

Dubiū.ii. Ante orationē preparatiōem tuā
In quo consistat debita et sufficiens preparatio sacerdotis celebraturi.

Solu⁹ Preparatio. illa consistit in debita et sufficienti conscientie mundificatione et adornatiōe. que p̃equirunt debitā suūpius probationem. id est diligentem p̃scientie sue examinatōez fm q̃ **Ap̃ls. i. Corintheor. ij. Corinthios mo**

Capitulum .vi.

net ita scribens. **P**robet autē seipsum hō ec.
Et ita ex toto tria in gñe req̃ probatio
runt ad debitā sufficientē & di purgatio p̃scie.
gnam preparationem. scilicet adornatio.

iiij Qualiter. et in quibus quis seipm proba
re et examinare debeat.

Solu.

Primo et ante omnia debet cum diligentia
conscientiam suam discutere et examinare.
presertim a proxima cōfessione debite facta.
Si ne interea incidere in excommunicatio
nem. irregularitatē vel suspensionē. aut ali
quod aliud huiōi impedimentum. **S**ecū
do. diligēter prospicere debet si ne interea ali
qua mala precipue mortalia cōmiserit. **S**i
ne aliqua bona ad que obligat omiserit. vel
negligenter persoluerit. **T**ercio si aliqua
huiusmodi inuenerit. an ex toto corde de is
tis doleat. & ea propter deum quem offendit
detestetur. **Q**uarto. an habeat firmum
propositum emendandi vitam suam. et ab
omib⁹ mortalibus cauendi in futurū prop
ter deum. **Q**uinto. an intēdat omnia cō
fiteri añ accessum ad celebrationē & iuxta ar
bitrium p̃fessoris p̃ eis satisfacere.

Sexto. utz hēat rectā fidē cū debita intē
tione & conatu ad debite & deuote celebrādū

Septimo an debitā diligētiā in discussio
ne & examinatione predictorum adhibuerit.

Capitulum .vi.

Nec diligenter animaduertāt sacerbotes concubinarij, lufiores, crapulofi, ebriofi, et alij confimiles in damnabili ftatu viuētes. **P**enſentq; ſtudioſe qualiter ad celebrandum accedāt, et q̄ eos ultio diuina expectet.

iiij **Q**uanta requirāt diligētia in examinatione predicta, vt ſufficiēs reputetur et debita.

Solu.

Lanta requiritur, quantam quis faceret in magno et arduo negotio, pro magna et ardua relucanda, aut graui incomodo vitando, iuxta poſſibilitatez humane fragilitatis.

¶ Vnde ſi quis huius diligentiā in conſcientie ſue examinatione non fecerit, indigne ad iſtius ſacramenti celebrationē atq; ſumptu onem accedit, q̄ imp̄parat⁹, et ita dominici corporis et ſanguinis reus iudicabitur.

v **Q**uomodo poſſit quis eſſe aut fieri certus q̄ debitam et ſufficiētem diligentiā in preſcripta diſcuſſione fecerit

Solu.

Ex quo hic non requiritur euident certitudo, cum illa abſq; diuina reuelatiōe haberi nō poſſit, ſed exigitur ſolum certitudo moralis ſiue civilis ſicut in alijs agilibus humanis poteſt quis ex probabilibus cōiecturis poſt examinationez de debita diligentiā factam, ſatis ſcire et cert⁹ eſſe, an debitam diligentiā fecerit vel non fecerit in diſcuſſione preceſſētium, et hoc ſufficit, quē ad modum etiā dic

Capitulū vj.

tū est supra. capi. ij. ar. iij. de certitudine essen-
di. absq; peccato mortali.

Solu. vi

In q̄ phitat debita et sufficiens p̄scie purgatio.

Talis consistit post debitam examinatiōem
factam in peccatoꝝ p̄sertim mortaliū et alioꝝ
rum impedimentoꝝ si que p̄ discutiōē in-
uenta fuerint. totali et omnimoda remotiōe
vel expulsionē. ¶ Ad quā expulsionē tria p̄-
cipue requiruntur. Primum. est x̄a et p̄fecta
contritio et peccatoꝝ detestatio. p̄ quā quis
deo quem offendit reconciliatur. ¶ Secun-
dum est pura et integra confessio. ¶ Tercius
est recta ac debita absolutio

Non em̄ sufficit q̄ accedens ad celebrandū
sit p̄ contritiōem reconciliatus deo. sed exigit
q̄ etiam sit reconciliatus eccl̄ie. vt digne sus-
cipiat sacramētum vnitatis eccl̄ie quod sit
p̄ absolutiōem. que p̄re requirit confessionē
¶ Et ideo si quis post mortale commissum
quantūcūq; p̄tritus fuerit. accedat ad cele-
brandū absq; p̄fessionē et absolutiōē. mortali-
ter peccat. nisi occurrat casus qui in dubio se
quēti tangetur

vij

Quid agendum si quis non possit habere co-
piam confessoris.

Solu.

Si possit absq; scandalo differre celebratiō-
nem differat quousq; habuerit confessorē
Sivero immineat scandalum ministratū

Capitulū vj.

celebret. tunc cum debita contritione et voluntate consuetū tpe oportuno celebret. vt scansalum euitetur. ¶ Si tamen ex negligētia sua desit confessor. quem habere potuisset si debitā diligētiā fecisset. specialiter peniteat: Quibus ornamentis conscientia celebraturū debeat eē adornata vt digne et debite possit celebrare.

Dubii. viij.

Solu.

Necessarium est vt digne celebraturus accedat ornatus recta fide. debita intētiōne. et sufficienti conatu ad debite reuerenter et digne celebrandum. ¶ Decens est etiam vt decoratus sit humilitate. castitate. iusticia: et ceteris virtutibus que per vestes sacerdotales significantur.

Utrum celebratur⁹ teneatur dicere horas canonicas ante missę celebrationē.

Solu.

Talis ad min⁹ dicere tenet añ celebrationē matutinas. alioqñ mortaliter peccat. ¶ Ad alias aut horas canonicas nō tenet añ missā sub pctō mortali: nisi aliqua specialis constitutio vel approbata consuetudo eū ad hoc obliget. ¶ Nihilomin⁹ congruū videt vt etiā pme añ celebrationē dicant. ¶ In ceteris attendēda est consuetudo ecclie cathedralis vel regionis. cuius est pars vel subditus.

Dubii. x.

Utrum sint aliqua alia specialiter dicēda vel agēda añ missę inceptiōe et celebratur⁹.

Capitulum .vi.

Solu.

In hoc attendenda est consuetudo dioecesis vel religionis sue. secundum quam si aliqua alia premittantur que ad decentiam. reuerentiam et deuotionem deseruiant. decet ut ita obseruent. ¶ **¶** Vbi consuetum est ut dicant isti psalmi. Quam dilecta. Benedixisti. Inclina. Credi. et De profundis. cum quibusdam precibus et collectis. ¶ **¶** Vel etiam quidam psalmi et orationes ab lotionem manuum et inductionem sacrarum vestium et ad accessum ad altare. non sunt ista a celebraturo omittenda vel continenda. ¶ **¶** Solet etiam premitti confessio generalis publica et osculatio altaris apud quosdam thurificatio. precipue ante missas solemnes. que suo modo etiam sunt obseruanda.

Ar.ii.

Resoluens. xliij. dubia occurrunt circa dicenda et agenda in missa. modumque dicendi atque agendi

Solu.

Que sint dicenda et agenda in missa et quomodo Generaliter illa dicenda et agenda sunt. et eo modo que et secundum quod ordinatio ac consuetudo dioecesis vel religionis celebrantis obseruat.

Dubium ij

Solutio

¶ **¶** Vt sacerdos in missa debeat vel possit aliquid aliud dicere quam in libro missali continetur. Magis expedit quam nihil aliud dicat. potest tamen cogitare aliqua deuotionem excitantia.

¶ **¶** Si igitur affectum habeat ad aliqua dicenda pertrahat illa cogitando atque meditando

Capitulum .vi.

iiij **Q**trum vba canonis debeāt dici secrete. sicut et orōnes in missa q̄ secrete vocātur.

Solu.

iiiij **Q**tr̄ cetera p̄ter canonē et (est recitare secretā vel secretas. si plures accipiantur. debeant alta et audibili voce dici.

Solu.

Ita expedit fieri. Non enim absqz causa rationabili ecclesia fecit distinctionem inter canonem et alia dicenda. per hoc namqz excisuntur et edificātur astantes. ¶ Si tamē solus ministrans astat. qui fortassis (vt apud quosdam religiosos cōsuetum est) postea sit celebraturus. et sub ministracione se aliquatim recolliat meditando. non videtur hac de causa necessarium. debet tamē nihilominus consuetudo loci obseruari.

v

Solu.

Qtrum in memorijs viuoz et mortuorum debeat aliquoz fieri nominatio.

¶ Non est necesse. Sit amen celebrans ex nominatōe eoz sentiat deuotionem augeri. poterit nominare. cauendo nihilominus prolixitatem propter astantes.

vi

Solu.

Qtrū sacerdos cupiēs aliquoz nōiatim habere memoriā. possit añ celebratōez h̄ facere. Expedit vt ita faciat. p̄sertim si publice et corā multis sit celebraturus. vel si multoz nōiatim memoriā h̄re velit. ¶ Sicut etiā expedit vt celebraturus habens desideriiū dicendi vt

Capitulum .vi.

meditandi alia specialia pro deuotiōe maiori excitanda circa sumptōem sacramēti .hoc faciat ante celebratōem. vel etiam sub celebratione si missa in notis cantetur et tempus aptum ad hoc habeatur. Cagēda.

Dubiū .vij.
Solu.

Utz req̄rat attētio celebrāt̄ circa dicenda et quemadmodū non necessario requiritur actualis intentio. vt superius ca. iij. ar. iij. circa resolutōem terciij dubij dictū est. Ita etiā non necessario requiritur actualis et p̄tinua attentio virtualis tamen semp̄ est necessaria. **E**st aut̄ virtualis attentio. virtus quedā relicta ex actuali attentōe p̄uia. et intentōe siue p̄posito p̄seuerādi in tali attētiōe actuali. Et hec etiā sufficit. Nisi interrūpat̄ p̄ actualem attentōem sibi p̄trariā. siue volūtariani conuersionem vel euagationem ad alia. **V**erūt̄ studiosaz diligētia adhibere d̄z celebrās. vt actualē attentōez retineat. et ne ad alia distrahat̄. qm̄ si q̄s debitā diligētia nō adhibeat. a peccato non potest excusari.

vij **U**trum ad debite et digne celebrandum. req̄ratur deuotio in celebrante

Solu.

Deuotio duobus modis potest accipi.

Primo pro voluntate prompte tradendi se ex dilectione ad ea que p̄tinent ad dei famulātū. **S**cdo p̄ seruire dilectōis. quo mens cum quadam suauitate et delectatiōe eleuat̄

Capitulum .vi.

ad deum. **E**t fm vtrumqz modū duplex
potest esse deuotio. **Q**uecūqz em̄ est actualis.
quando scz actualiter voluntas p̄mpte se
trahit diuino obsequio. vel mens actualiter
seruet in dilectione. **A**lia est virtualis. vt cū
ex actuali & p̄uia deuotione .relinquit que
dam virtusque ad actus sequentes p̄currit.
Circa actualē deuotionē duo sunt cōside
randa. scz. deuotio ip̄a . & conatus ad acquirē
dum eaz. **C**irca officium etiam misse duo
attendēda sunt. scz misse celebratio. & ad cele
bratōē debita p̄paratio. **S**acerdos itaqz ce
lebraturus in p̄paratione circa examinatōez
& p̄batōem suū p̄ius. tenet habere deuotiōez
p̄mo modo dictam actualiter. hōis em̄ est p̄
parare animū. **D**e hac deuotiōe videt̄ esse intelligenda
glosa. i. **C**or. xi. dicens. **I**ndignus est. q̄ non deuota mente
accedit ad eucharistiam. **I**do deuotiōem vero secūdo mō
dictam actualiter habendam non tenetur. **I**lle enim ser
uor dilectionis a domino gratuite datur. **U**nde aliquādo
desideratus dari. denegatur. vel datus .subtrahitur alicui.
fm q̄ dispositio eius meretur. vel saluti sue dominus no
uit expedire. **V**erumtamē celebraturus tenetur toto co
natu illum feruorem desiderare. & possibilem diligentiam
adhibere faciendo totum quod in se est vt sibi detur. **N**itē
do omnē teporem. distractionē & euagationem mentis ex
pellere. & si aliquibz huiusmodi occurrat. deliberare nō tene
re. hoc enim faciendo. non censetur indignus sed sufficien

Capitulum .vi.

ter deuot⁹ accedere. **N**ñ si pro tñc ille feruor ei nō
detur. nō d³ ppter hoc a celebratione abstinere. s³
absq³ scrupulo celebrare. **I**n ipa autē celebratio
ne nō req³rit de necessitate deuotio actual⁹ primo
mō accepta. sed sufficit. et etiā req³rit actualis ex ac
tualipcedēte relicta. **L**icet etiā nō req³rat actu
alis deuotio scōdo mō dicta. eo q³ non est in libera
prāte n^{ra}. requirit tñ et sufficit desiderii cū possis
bili conatu actuali ad req³rendū illā deuotionem
ita q³ celebrās faciat qd in se est. cor sursum eleuā
do prout et ipse astātes excitat et hortat cum dicit
Sursum corda. **C**irca qd d³ Ciprian⁹ papa. vt
habet de pse. di. i. qñ **I**deo sacerdos pfatione p^{mi}is
sa parat fratrum mentes dicēdo **S**ursum corda.
vt dū respondet plebs. **H**abemus ad dñm. admo
neat nihil se aliud q³ dñm cogitare debere. **C**laus
bat contra aduersariū pectus. et soli deo pateat.
nec ad se hostem dei venire patiat⁹. **H**ec ibi.

Sol.

ix **D**ix celebrans deat stare capite discoopto
sic. vt habet de conse. di. i. c. nullus. **N**isi oc
currat rationabilis discooperiendi. **N**ñ si q³
absq³ tali causa stet cooptus. grauiter peccat
vt habetur ex eodem capitulo.

Dubiu^x
Solu.

Cū quo deat fieri ablutio p⁹ sumptionē san
cum vino. vt habet in ca. ex pte (guinis.
de cele. misse. **C**uius ratio inferius ultimo ca
pitulo reddetur.

xi **D**etrā sacerdos post missam inceptam licite

Capitulum .vi.

Solu. possit desistere. officium non p̄ficiēdo.
Non potest nisi occurrat aliqua rōnabilis e
sufficiens causa.

xij **Q**uid agendū si sacerdos post missam ince
ptā moriat. vel in talē infirmitatē aut debili
tatē incidat. vt non possit p̄ficere.

Solu. **S**i aliqd̄ istoz p̄tingat ante p̄secratiōem nō
est necessariū q̄ missa p̄ aliū p̄ficiat. p̄t tamē
fieri si affit alius sacerdos disposit⁹. **E**t ille in
cipiat vbi prior dimisit. qd̄ si nesciat: p̄t incipe
a p̄ncipio. ¶ **S**i vō aliqd̄ p̄dictoz contingat
post p̄secratiōem corporis et an p̄secratiōem san
guinis. v̄l post p̄secratiōem vtriusqz. tunc d̄z
suppleri et p̄fici missa p̄ alium dispositum.

¶ **S**i autē contingat hoc in p̄latione vborū
cōsecratiōis corporis v̄bis iā in parte p̄nūcia
tis: similiter p̄ficiatur p̄ alium. qui incipiat. ibi
Qui pridie. **E**t si illud p̄tingat in p̄secratiōe
sanguinis: incipiat ibi **S**imili mō. ¶ **S**ic eti
am agēdum videtur cū dubitatur. vtz prior
sacerdos inceperit v̄ba p̄secrationis p̄ferre. et
non p̄fecerit. ¶ **N**ec reputandū est tūc fieri
iterationē. **Q**uia non intelligitur iteratum.
quod ambigitur esse factum.

Dubiū. xij. **Q**uid agēdum si celebranti sanguis per na
res erumpat. vel fluere incipiat.

Solu. **P**ausare debet reclinando vel sedēdo donec
fluxus cesset. **C**auere autē debet ne vestes vel

Capitulum .vi.

aliqua sacrap sanguinē coīnquirētur:recipi
endo illū vñ in aliq vase vel panniculo prout
discretionem sue melius cōuenire videtur.

Si aut ille fluxus restringi non possz. neqz
sacerdos officiū perficere. tunc agendū est vt
in casu dubij precedentis

xiiiij **Q**uid si sacerdos omittat aliquid vñ aliqua
de dicēdis vel agendis in missa.

Solu.

Si obseruet ea que necessario ad psecratōez
requirunt. consecrat. sed tamen grauit peccat
si scienter omittat aliquid notabile ex in
stitutione vel p̄suetudine ecclesie ad h̄ offici
um requisitū. vtputa missę introitū. Epistola
lam. Euangelium. vel aliud h̄mōi. ¶ Si autē
aliquid modice reputatōis: vel ex negligētia
aliquid omittat. min⁹ peccat. Diligentissime
tamen cauere debet ne contingat.

Ar. iij.

Resoluēs. iij. dubia q̄ occurrūt circa dicēda.
agenda. ⁊ cauēda post missę celebratiōem

Dubiū .i.

Qtrum aliqua specialiter sint dicenda post
missę celebrationē.

Sol.

Sic. primo namqz ⁊ ante omnia. dicēde sunt
corde ⁊ ore. debite ⁊ deuote gratiarum actio
nes. Cum em̄ vt ⁊ ip̄e celebrans in prefatione
protestatur dignum ⁊ iustum sit atqz equū
salutare. vt semp ⁊ vbiqz domino gratie agā
tur. quia in nullo loco vel tempore nobis be
neficia sua clementer largiri cessat. dignissim⁹

Capitulum.vj.

mum.iustissimum. ⁊ equissimum est. vt hoc fiat post huius beneficii perceptōem. ⁊ tanto diligentius atq; deuotius. quāto inter omnia beneficia hominibus a deo collata. illud vnum de maximis habetur. ¶ Non solum autem ideo gratias agere debet celebrās ne propter igratitudinē de tanto beneficio grauius iudicetur a domino. sed ⁊ vt de tali gratias debitas exhibens. potiorum beneficiorū dignus efficiatur. ⁊ precipue vt ad crastinaz celebrationem. vel saltem spiritualem istius sacramenti sumptionem ad quam semp tenetur esse dispositus. preparatioz reddat. Semper em̄ celebratio precedens. dispositio ac preparatio esse debet ad sequentem. ¶ Magis aut. attēdēda est in huius gr̄arū actōe seruida cordis deuotio q̄ p̄lixa labioz oratio
ij ¶ Ut post celebratōez aliqua et; singulariter sint agenda.

Solu.

Sic. d; em̄ is q; celebrauit in omib; timorare. vtuose ⁊ exēplariē se h̄re. ⁊ in bonis occupatōib; exercitijsq; salutarib; p̄solatōem ⁊ delectatōem querere: vt in meditando. psallēdo. orando. studēdo. scribēdo. legēdo. docendo. et horas canonicas debite persoluēdo. Ita vt et dyabol; nunq; eū ociosum inueniat. ⁊ ad futura bona paratioz fiat.

Dubii. iij. Que sint sacerdoti post celebratōez cauēda.

d ij

Capitulum. vii.

Solu.

Maxime cohibenda est lingua. ne loquatur le-
uia. inutilia. scurrilia. vel dolosa vba. Sic et
visus. ne videat vana. Et suo modo sensus cete-
ri sunt custodiendi. precipue etiam crapula: ebie-
tas fugienda. ioci et ludivitiæ. ¶ Et vt hec fa-
cilius fieri possint. studendum est vt dñ beat⁹
Greg⁹. vt sp̄s animus in suo pondere et vigore
fuetur. ne postea eum fluxa cogitatio dissol-
uat. ne vana leticia mentē subrepat. et lucroz
p̄pūctōis aia p̄ incuriā fluxe cogitatōis p̄bat
iij **Q**trum statim post misse celebratōem sit co-
medendum vel bibendum.

Solu.

De iure non dicitur fieri. Vnde in canone. trib⁹.
de conse. di. ij. dñ. Si mane dñica portio edif.
vsqz ad sextā ieiunēt ministri qui eā sumpser-
unt. Et si terciā vel quarta hora acceperint
ieiunent vsqz ad vespas. ¶ Sed de cōsuetudine
hoc ius non fuatur. p̄pter reuerētiam
tamē tanti sacramēti. dignū est vt a cibor po-
tu abstineatur donec debite gratiarū actōes
sint redditæ. et ita etiā interea sp̄s sacramē-
tales verisimiliter existimētur corrupte

**¶ Capitulum septimū de dubiis occurrentibus
circa materiā ad consecrandū aptam: videlicet pa-
nem et vinum. sex continet articulos**

Arti. i.

Resolvens sex dubia q̄ incidunt circa panem
consecrandū siue hostiā anteq̄ consecret.